[illegible] des gots zu sant gallen

qm ipse lux uenerit in mundum · qui
credit in eum non ambolauit in tenebri
sed habebit lumen uitae · bonum est ere
credere in xpo et magnum malum est
non credere in xpo sed filius de patre
est quidquid est pater autem non
est de filio · sed pater est filio commen
dat quidem in se fidem · sed honorem
reuocat ad patrem · hoc enim frs uiuid
et firmum tenete simuliter perseue
rare catholici · quia ds pater dm fili
um genuit sine tempore sed fecit ex
uirgine in tempore · natiuitas illa
excedit tempora · ambae natiuitatis
mirabilis · illa sine matre · ista sine
patre · quando genuit ds filium de se
genuit non de matre · quando genuit
mater filium uirgo genuit · non de uiro
de patre natus est sine initio de matre
natus est certo initio · de patre natus
fecit nos de matre natus refecit nos
de patre natus est ut essemus · de ma
tre natus est ne periremus · genuit aute
patrem aequalem sibi et totum quidest